

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1863

Caput IV. Ægritudo, mors, miracula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

*Vestem suam
et omne pecu-
lium dal pau-
pert.*

*Tempore fa-
mias fabas
suas publicas
facit.
Ex caritas
multiplicantur.*

*Vinum ejus
precibus au-
ctum.*

*Multos dies
rapta perma-
net.*

*Multa predi-
cit;*

b

*ciudem non
parentibus
suo consilio :*

*reconciliatio-
nem inimico-
rum:*

*prolem, vita
genus:*

*mortem infa-
mem infantis:*

*reditum cu-
jusdam sibi
ignoti, con-
trarium pa-
rantis.*

nihil haberet, simul tamen, cum eo qui est omnia in omnibus, omnia possidere viderentur. Fuit cum poscenti eleemosynam egenae propriam tunicam et florenum, quem unicum habebat, tribueret Christiana; itaque paucis ac vilibus panniculis induita, omni, quo sibi suisque necessaria compararet, peculio orbata.

20 Alias in summa annoce caritate cum in agello quodam, quem solum possidebat id conobinum, fabas haberet; instar vexilli signum erexit, ut liceret omnibus isthie fabas carpere, ac si ager publicus foret. Complures eo facto permoti exemplum sunt imitati. Creduntur plurimi, ceteroquin fame morituri, vitam iis fabis, celesti miraculo multiplicatis, sustentasse.

21 Alias vini perparum, quodque vix ad diem unum satis esset, in vase reliquum erat, quod ita Oringae precibus a Deo auctum est, ut vini penuriam nullam optimae virgines passae sint. Id miraculum, ut solis erat domesticis exploratum, omnino celari externos jussit Oringa. Id vero ipse Deus publicavit: nam cum quidam iis vinum attulisset, cepissetque id vasi, quod vacuum videbatur, infundere, vix medium vulgati canthari instillarat, cum redundare undique vix coepit. Quod ille conspicatus, ut foras exiit, palam id predicatebat miraculum.

22 Adeo infammata ac vehemens erat Oringae precatio, tamque arcta mentis cum Deo conjunctio, ut plures dies continententer persisteret omni carent corporis cibo, a sensibus suavissima extasi alienata, itaque in Deum ipsum immersa quasique absorpta, ut crebro in divinae claritatis speculo hominum corda consiliaque cognosceret, ac res futuras praediceret. Et fere vaticinia ejus, ut certus, ita celer, sequebatur eventus: ut cum cladem incolis sanctae Crucis a b Fucecchianensibus illatum iri praeconuit. Nam cum inter eos populus acerbum esset dissidium odiumque, quodam die summo mane erumpere cum armis, hostesque invaderet Sanctae cruci parabant. Christiana cogi concilium rogat: multis solidis rationibus eam illis expeditionem dissuadet: edifici nisi ab ea desistant multos ipsorum interficiendos, multos in hostium venturos potestatem. Atque ita evenit. Nam spretis salutaribus Oringae monitis, ipso die adversarios aggressi, fusi fugati sunt, multi trucidati, multi captivi Fucechium abducti. Ei vero qui repudiandi Oringae consilii auctor populo extitit, mortuo, ut et filio ejus, evulsa retrorsum est lingua.

23 Praedixit duarum familiarum Sanctae crucis, quae saepius infestis telis concurserant, prius confringenda utrinque arma, quam quisquam eorum ex hac dissensione occumberet: idque deinde est factum. Civis Lucensi prenuntiavit nascituram ei filiam, que deinde in suo cenobio religiosum institutum capesset: nata est, ibique religiosa effecta.

24 Audiebat vagientem in eunis infantum: Plotret, inquit, pessimam vitam acturus puer mortemque infamem obiturus: nam ubi adoleverit, sceleribus addet sceleribus, tandemque patibulo appendetur. Huic quoque vaticinio exitus respondit.

25 Salutaverat sanctam virginem agmen religiosae peregrinantium Assisium ad S. Francisci indulgentias, cumque post modicam quietem discessum parent, accessito Fratre Joanne coenobii Sacellano: Ex hoc coetu, inquit, solus hue revertetur, juvenis quidam, Thomasinus nomine, (signis, quem non viderat oculis, describit) hincque commorabitur Deo famularius. Quare omni illum officio ac benevolentia significacione prosequere. Cogitabat Thomasinus alio cum comite abiisse, ceteri vero isthac redire statuerant. Abscesserunt paullo post ab invicem ad vicena prope millia passuum; ac Thomasinus priora abjecto consilio solus ad Oringae monasterium rediit, ubi benigne exceptus substitui, fuitque deinceps monialium Sacellanus, uti ab Oringa erat prænuntiatum.

26 Quidquid Deum rogabat Christiana (magnum divini favoris argumentum) illico impetrabat. Iter illa cum quadam Castellofranci municepe Alexandre ad montem Rapolim faciebat: obviam iis venerunt quidam ex pago Martio, quibuscum Castellofrancinis controversia erat. Hi Alexandrum cum socio captivum abducent, nequidquam deprecante Christiana. Haec tandem in desertam ingressa ecclesiam, qua propter viam erat sita, Deum coepit precari. Egressa captivum precibus liberat.

*EX ITALICO
SILVANI
RAZZI.
Quidquid pe-
tit a Deo im-
petrat.*

27 Dum adhuc in æde S. Francisci Assisii versatur, aderant proscripti duo, quos Banditos vocant, qui dum divina mysteria peragerentur in somnum inciderunt: tempore consecrationis eos compellat arquitque, ac hortatur ut surgant, ac reverentiam angusto Sacramento exhibeant. Monentem ambo audiunt, tamen unus duntaxat surrexit et sacratissimam hostiam adoravit, alter quasi virginem irridens, iterum somno se dedit. Interim in templum ingreditur familia Rectoris provincie; dum ante venerabile Sacramentum venerabunda subsistit, fortuito consipit cursum eum qui Virginis obtemperarat monitus, eumque in vincula compegit, capite plectendum. Quod cum Christiana cerneret, ad Deum conversa: Domine mi, inquit, Jesu Christe cur id pateris, ut qui monitus illico surrexit, teque adoravit, capiatur, trahaturque ad mortem? Te deprecor Domine, mihi, ut eum liberum incolumente restituas. Vix ea Virgo protulerat, cum ipse ex eorum manibus elapsus, qui eum arte constrictum tenebant, profugit, nec multo post in ordinem S. Francisci adscriptus est, in quo pie ac religiose vitam conludit. Alter vero captus plexusque capite est.

28 Venerant ab D. Christianae monasterium fratres quidam ex ordine e S. Dominici, gravi animi merore affligti: nam cum in Tartariam essent prefecturi, in itinere privilegia quedam Apostolica, ac litterae Magistri sui Generalis amiserant, quibus auctoritas continebatur, qua uti in illis barbarorum regionibus possent. Preces Virgo effundit: postridie monet ut ad locum quemdam procul a monasterio remotum abeant, res suas sub juniperō reperturi: quod ita evenit.

29 Architectus quidam nescioquid moliens operis, clavo pedem sibi transfixit, summo cum dolore ac periculo: sed cum vulnus ei Virgo obligaret, magna mota commiseratione, subito dolorem illi omnem absterret, vulnusque personavit.

a *Eius vitam dabitinus 1 Februario.*
b *Phocelium horum oppidum vocat Albertus, a Phocensisbus Pelasgiis.*

c *Curtius Franciscanus ait fuisse. Missi certe et Dominicanoi et Franciscani ad Comanos atque Orientales barbaros a Nicolao IV, ut ad ann. 1288, n. 11, brevius refert.*

*Alium ex sa-
tellitum ma-
nibus, sacræ
hostiæ con-
tempore pu-
nito.*

*Res amissi-
ejus meritis
et indicio re-
pertæ.*

c

CAPUT IV.

Agritudo, mors, miracula.

Tandem 70 annos nata paralysi correpta est, lecto-
que tres annos affixa decubuit, itaque morbi mole-
stia est extenuata, ut mortem in lucro merito posset
reponere: cum ei miserabilis haec vita assidua mors
esse. Etsi vero diurno illo situ dextrum illi latus
plane emortum esset, et reliquum omne corpus
gravissimos dolores sustineret, tantam illa tamen
animi alacritatem præ se ferebat, quantam vix aliis
quilibet etiam maxime firma ac vegeta valetudine.

31 Cum vero finis vite instaret, vetuit monasterii
Præfecta ne se amplius sub tempus elevationis vivi-
ficæ hostiae deportari ad oratorium curaret, uti con-
sueverat,

*Paralysi cor-
ripitur;*

EX ITALICO
SILVANI
RAZZI.
*Christus ei
sæpe apparel.*

*Ipsa diem
mortis, alia-
que predicit.*

*Moritur,
splendenti fa-
cie.*

*Animam ejus
in extum de-
ferri videt
quardam.*

*Impudicos
etiam mortua
aversatur.*

*Multi recon-
ciliati in ejus
morte.*

*Dolor capitidis
curatus ejus
meritis.*

*Visus restitu-
tus.*

*Mortuus su-
scitatus.*

*Corpus Orin-
gæ diu integrum,
cum templo con-
bustum.*

ALIA VITA

AUCTORE CORNELIO CURTIO,
Ord. Augustiniani Historiographo Generali.

CAPUT I.

Oringa ut virginitatem servet, domo profugit.

In Etruria valle ad flumen *a* Arnum castellum vetus est, nomine sanctæ Crucis illustre, paucæ millia passuum distans a Florentia, *b* cuius imperium semper hactenus tuit. Ibi Virgo nostra lucem accepit, obscuris progenitoribus et non extra viciniam notis. In lustrali fonte nomen ei Oringæ datum, quod postea usu perdidit; Romano populo eam a virtutibus nuncupante.

a
b
Christianæ
patria, et na-
tales.

2 Aetatem primam duxit puritate ipsa puriore. Pueritia pri-
missima.

Verba prætextata, quæ hodie pueri prima fari docen-
tur, auditu illi tam molesta erant, ut a fundo stomachum cierent ad certum vomitum. Non ferebat candidus ille celestis Sponsi thalamus vel minimi pulvisculi asperginem. Sermo omnis impurus illi morbus erat: et, quia non aliquando eum audire non poterat, infirma admodum valetudine utebatur. Ab hoc ergo malo in aetate adhuc puerili febribrentem accedebat Sacerdos invocatus, ut eam de noxis, quas non potuit nisi levissimas habere, absolveret: sed quam pæne illam de vita prius absolvisset. Ut enim sub ejus oculos venit, tota cohortuit Oringa, ab intimis viscerum sedibus turbata, ut tantum non animam excreaverit: ita nescio quo occulto flagitio sordidus Presbyter ei continuam stomachi tempestatem, et perpetuum vomitum commovebat. Diceret eam, māre, sordidum omnium impatientem. Quas ut evitaret, præmoneri a cælo, et præuniriri debuit illo Ecclesiastici antidoto: Sepi aures tuas spinis. Igitur intra domus sue cancellos, conchæ in modum, se cohibuit. Oportuit bene magnum esse necessitas articulum, qui eam foras extruderet. Quando tamen prodeundum erat, signabat nota aliqua ædium surarum limen, et ultimum plateæ angulum, que agnosceret reversum: ita raro viciniam exibat. Credidisset eam oculis orbam esse, quos in terram fixos numquam inter ambulandum attollebat; non curiosa obtueri alios; verecunda magis ab aliis videri. Imo ut despiciat esset omnibus, affectata sordide deturbabat vultum. Culcitam, somnumque humi capiebat, nuda pedes hibernis etiam in nivibus, quas sanguinis sui pura passim tingebat.

Cap. 28. 28.

3 Quam primum fari didicit, didicit affari Sponsum suum, cui a cumis ipsis placuerat. Huic totas noctes saepe dabat: dies non poterat, præsertim in aetate majuscula, quando ad rusticum opus domesticæ ærumnæ eam urgebant. Abi Oringa, et hunc scipionem in manus sume, ac curam gere boum pascendum; patris præceptum erat. Quid reponeret puella octennis? Vidisses alteram istam Rebeccam, confestim ad patris nutum se accingere, ad pascua boves voce manuque abigere, dominum redigere Sole vocante. Sed dum pœua ruri Virgo pascit, suum interim Pastorem non negligit. In Silva aut campis designat bobus certum pascui loci spatum, præcipit ut ne frumentum bonum vel lambido attingant, herbis tantum sibi proficuis vescantur. Illa interea in foveam aliquam aut truncum arboris sese abdit, et Sponsum, eujus amore flagrabat, repetitis precibus invocat. Quis non credit prorupisse e caretis statim caelestem istum Amasum, et ad desideratæ sua calida vota advolasse? Enimvero, dum Oringa Sponsi deliciis fructu, boves magistræ sua sarta tecta mandata servare, graminibus vagis et silvestribus se implere, ultra prescriptum spatum ne latam quidem ungulam transire. Quidni bruta illi obedirent, quando, qui ea creverat, Sponsæ sua servire non abnuit?

Boves, quos
pascit, illi
obedient.

4 Vix alterum vitæ sue lustrum superaverat, cum germani ejus fratres (ad plures abiverat cum matre pater) illam nuptum collocare volunt. Quid hoc erat aliud, quam saxa et lapides virginis loqui? Ea, que calo se desponderat, quomodo coenam amet? Quis ei nuptias persuadeat, cui verba nuptialia vomitum excent? Oringa benigne respondere fratribus; Christo se copulatam esse, non posse alii conjugari. Illi vero, ceu fatuam, sororem increpare, et ad nuptias urgere verbis, cogere etiam verberibus obstinatum. Nihilo tamen illa mollior, jam cautem induerat, indurueratque ad omnes lingue et manus injurias. Quotidiana tamen procolla, qua in puellam teneram sevi fratres immaniter debacchabantur, minabatur aliquod naufragium, nisi ratem huic tempestati comode subduceret. Aestu ergo cogitationum dubia hue illuc

Ad nuptias a
fratribus
frustra cogi-
tur.